^{8,9} Fidèles à ces engagements, les ministres genevois montrèrent envers leur église une sollicitude toute nouvelle. On lit dans le Registre de Genève du mardi 18 mars 1539 : « Prédicans. Lesquieulx ont proposer que *les temples* laz où l'on presche ne son[t] poient accoustré et son en povre ordre, tan de hanc que aultrement, et que l'on il aye regard. Davantage,... qu'il seroy bien licite de avoyer ung bon *maystre d'eschole* pour instruyre les enfans. En oultre, que *dans laz ville se font plusieurs insolences*, joeulx publiques, tavernes, et plusieurs vaccabundes perdent leur temps sans rien faire... Puy après, qu'il ont entendus que en l'hospital qu'il y az *ung prestre que instruy les enfans*, et que l'on il advise, affin qu'il ne leur enseygne laz loy papistique. Oultre plus, qu'il seroy bien licite d'avoyer *deux diacres* en ceste ville, pour baptiser, fère les espousement, visiter les malades et se ayder az donner laz cennez, coment en toutes aultres parties des contrées évangéliques az. Aussy, que l'on advise sus *les povres* que vont mendier par laz ville, de les fère retiré. »

Quant aux ministres du Pays de Vaud, ils ne se contentèrent pas de communiquer à MM. de Berne les Articles du 12 mars, ils y ajoutèrent quelques observations concernant l'église de Genève. Le Manuel de Berne du 29 mars renferme, du moins, les paragraphes suivants : « *Morges*. [On

verbi Jesu Christi fidos Ministros, et admittimus mutuas liberasque admonitiones et Colloquia ¹⁰.

Deinde pollicemur nos in eo omnino laboraturos, ut quotquot esse possunt ubivis gentium fratres qui hactenus à nobis studiosè stare visi sunt, *eosdem Genevensis Ecclesiæ Ministros* tales agnoscant recipiantque quales nos et agnoscimus et recipimus.

Ego me huic Concordiæ accedere profiteor ¹¹.

J. CALVINUS.

lit] *les Articles* qui ont été dressés entre *Farel* et les autres prédicants, afin que leur discorde soit et demeure apaisée et mise à néant. » — « *Genève*. Les temples y sont mal entretenus. Le principal de l'école est ignorant; il séduit la jeunesse. » — « Leur plainte est aussi rédigée par écrit » (Trad. de l'allemand).

¹⁰ A comparer avec le N° 677, note 36, et le N° 678, renvois de note 6, 7.

¹¹ Olivier Perrot atteste que ce dernier paragraphe et la signature étaient, dans le manuscrit original, « écrits de la propre main de Calvin. »

Les nouveaux éditeurs des *Calvini Opera* pensent que *les Articles de Morges* pourraient bien remonter à l'année 1539, mais que l'envoi qui en fut fait à *Farel* (Voyez n. 2) et la signature de Calvin « ne sauraient être antérieurs à l'automne de 1541. » Aussi ont-ils placé la présente pièce à la fin de cette année-là. Nous sommes d'un autre avis. La correspondance de Calvin montre qu'il dut être informé dès la fin de mars 1539 de la réconciliation opérée à Morges, et qu'il fut très-satisfait quand il en connut les résultats. Il devait donc trouver tout naturel de compléter cet acte réparateur en s'y associant, et il lui suffisait pour cela de se faire envoyer à Strasbourg une copie de la récente « *concordia*, » et d'y apposer sa signature. *Farel*, présent à l'assemblée de *Morges* (note 9), n'eut pas besoin qu'on lui fit parvenir à Neuchâtel un exemplaire des *Articles*, « pour les voir, » comme l'affirme Olivier Perrot (note 2).

772

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Strasbourg, 16 mars 1539.

Calvini Epistolæ et Responsa. Geneva, 1575, p. 13. Calvini Opera, Brunswigæ, t. X, Pars II, p. 322.

*Postridie quàm mihi reddita fuerat penultima tua epistola, dedi me in viam, ut Francfordiam peterem*¹. Adeò autem tumultuarius fuit discessus, ut tibi respondere non vacaverit : id quod in subitis consiliis ferè evenire solet. *Profectionem verò illam suscipere mihi nunquam in mentem venerat nisi pridie quàm exequutus sum. Verùm cum literas a Bucero recepissem, quibus indicabat se nihildum potuisse de fratrum causa*² *agere, cupido mihi statim incessit eò usque concedendi : partim ne fratrum salus negligenter, ut fit in tanta rerum turba, tractaretur : partim ut cum Philippo*³ *de religione atque Ecclesiæ ratione commentarer.* Utraque, nisi fallor, ratio justa tibi videbitur. Accedebant *Capitonis* ac omnium hortationes, præterea *comitum* opportunitas. Nam *Sturmius* et alii boni viri se mihi comites adjugebant⁴.

¹ Jacques Bedrot écrivait de Strasbourg, le 21 février, à Ambroise Blaarer : « *Bucerus Francfordiæ* est. Eò hodie *Calvinus*, *Sturmius* professor et *Herlinus* mathematicus proficiscuntur, salutandi *Melanchthonis* nomine, redituri propediem » (Mscr. autogr. Bibl. de St.-Gall. Collect. cit. IV, 255).

Ce passage, en nous indiquant le jour où *Calvin* partit pour *Francfort*, nous apprend par-là même qu'il avait reçu le 20 février l'avant-dernière lettre de *Farel*, c'est-à-dire celle qui est datée du 5 (N° 768).

² La cause des Évangéliques persécutés en France et dans le Piémont.

³ *Philippe Melanchthon*. Calvin ne le connaissait pas personnellement, mais il était déjà en correspondance avec lui (N° 751, renvoi de n. 24, 25).

⁴ Aux compagnons de voyage nommés plus haut (n. 1) il faut ajouter l'imprimeur *Uraton Mylius* et « quelques Français. » Voy. la lettre de

De domino de N.⁵ minus credendum est quàm feratur. Nosti enim quàm sit illud verum, famam eundo vires acquirere. *Unum tantum concionatorem appetebat, qui hac quadragesima plebem suam puriore doctrina imbueret. Domina R.⁶ illuc me initio invitavit*; sed quia via non satis aperta videbatur, excusavi me hic alia vocatione detineri, minutula quidem illa, sed quæ ad me obligandum sufficeret. *Doctor Ulrichus*⁷ jam secundum mensem procul abest, ut non possim cum eo de literis expostulare. Causatus est se eas deposuisse apud N., unum, nisi fallor, ex fratribus qui aliquando contra *Solodorenses* tumultuati sunt⁸. Dolet mihi plurimum eas periisse, siquidem multa continebant quæ magni interfuit non evulgari.

*De conjunctione quod suadebam non est quod tantopere averse-
ris*⁹: *testabar enim me nihil magis optare, quàm ut longissimè se
illinc pii omnes subducerent. Hoc unum contendebam, ne schismate
scinderent qualemcunque ecclesiam: quæ, utcunque esset corrup-
tissima moribus, doctrinis etiam exoticis infecta, non tamen des-*

Bedrot adressée le 2 mars 1539 à Rod. Walther (Gualtherus) à Bâle, imprimée dans les *Calvini Opera*, éd. cit. X, P. II, p. 320. — Maittaire. *Annales typogr.*, t. V, P. I, p. 227, Pars II, p. 443, 444, 445.

⁵ Calvin fait certainement allusion au passage de la lettre du 5 février, où Farel parle du *Seigneur de Jametz* ou de *Jametz*, Jean de la Marck (N° 768, n. 10).

⁶ Le mot *illuc*, qui suit, annonce que la contrée où Calvin avait été invité à prêcher n'était pas très-éloignée de la ville de *Jametz* (Voyez la phrase précédente). La correspondance des Réformateurs mentionne plus d'une fois, à propos du seigneur de Jametz, le seigneur de *Rognac*, qui avait aussi adopté la Réforme et qui possédait, dans la forêt des Ardennes, le château de *Linchant* (Voyez t. III, p. 237. — La lettre de Farel du 21 octobre 1539, vers la fin, et celle de Calvin à Farel du 6 février 1540. — J.-A. de Thou. *Hist. universelle*. Basle, 1742, t. I, p. 529). Nous sommes donc autorisé à croire que *Domina R.* désigne *Madame de Rognac*.

⁷ *Ulric Chelius* (N° 767, renv. de n. 22, 23).

⁸ Il s'agit de ceux des *Réformés de Soleure* qui prirent les armes pour se défendre contre une attaque de leurs concitoyens catholiques, et qui furent bannis vers la fin de l'année 1533. Ils s'étaient établis à *Buren*, petite ville située dans le canton de Berne, à 9 lieues environ au N.-E. de *Neuchâtel*. Les principaux d'entre eux étaient: l'ancien banneret *Jean Hug*, le trésorier *Urs Stark*, *Henri von Arx*, *Jean* et *Rodolphe Roggenbach* (Voyez Stettler. *Chronik*, II, 74. — Ruchat, o. c. III, 148-160, 165-172, 403, 404). Le docteur *Chelius*, qui exerçait en 1530 les fonctions de « médecin de la ville de Soleure, » devait connaître intimement tous les Soleurois exilés pour la religion.

⁹ A comparer avec le N° 768, renvoi de note 16.

*civerat penitus ab ea doctrina qua Ecclesiam Christi fundari docet Paulus. Sed quia res est ejusmodi quam attingi non expediat, nisi prolixè et ordine excutiatur, non ulterius prosequar : nisi quòd testatum volo, me non aliam fratribus unionem suasisse, quàm quæ nobis Christi exemplo monstratur, qui non dubitavit Dei mysteria cum deploratè impietatis Judæis participare. Atque, ut intelligas qua prudentia consilium meum expenderint, id eos inprimis exacerbavit, quòd ministrum à plebe discernebam illumque dispensatorem esse assereram, à quo prudentia et fides requiratur. A privatis minus quiddam et facilius dicebam exigi, ut se unusquisque probaret*¹⁰. Verùm id, si dabitur coràm colloqui, inter nos parvo negotio transigetur.

Quòd video *luculenta Dei judicia apparere in sonticas illas pestes quæ miseram ecclesiam vexabant*¹¹, partim me consolatur et recreat, partim autem animum meum perstringit, quia video non prorsus officiculo carere. Est tamen omnino expetendum, ut quoquo modo Ecclesiam suam talibus excrementis purget Dominus. De *Gastio*¹² mihi *frater* ad liquidum narraverat. Malè me habet *illa Grynæi facilitas in dandis commendationibus*¹³ : nec tam diu distulisset cum eo agere, nisi quo tempore literæ tuæ huc pervenerunt, parcendum ei censuissem : quia tum *uxor ejus* in ultimo vitæ periculo versabatur : nam gravida cum esset, peste correpta fuerat. Quæso mihi significa, quò se bonus ille et infractus Christi martyr proripuerit¹⁴. A N. video tibi non parum fore negotii, quandiu sic varicari perget¹⁵. Sed quia tolli non potest, ne-

¹⁰ Voyez les lettres de Calvin du 24 octobre 1538 et du 5 janvier 1539.

¹¹ Allusion aux pasteurs *le Bel* et *Glantinis* et à quelques autres personnages qui s'étaient montrés indignes d'exercer le ministère ecclésiastique (N° 768, renvois de n. 22-32).

¹² *Gastius* venait de quitter son église pour retourner en France (N° 768, renv. de n. 23).

¹³ Allusion aux lettres de recommandation que *Michaëlius* (Michaux) avait présentées à Farel de la part de *Simon Grynæus* (N° 768, renvoi de note 30).

¹⁴ Ces paroles ironiques ont trait à *Michaëlius* (N° 768, renv. de n. 29).

¹⁵ Nous croyons que la lettre N, au commencement de cette phrase, a remplacé *Capunculo*, qui devait se trouver dans l'original (Voy. N° 768, renv. de n. 31, 32). Le 24 octobre 1538, Calvin s'exprimait déjà de la même manière au sujet de *Chaponneau*, le collègue de Farel (N° 755, renv. de n. 20).

cesse erit tolerari. Puta tibi datum a Domino qui patientiam tuam exerceat. Habemus tibi non parvam gratiam, quòd nostro nomine *Consulem*¹⁶ salutaris; nam id quoque *refert, ut intelligat utrunque nostrum sic esse conjunctum cum Bucero et Capitone, ut omnia inter nos consilia communicemus.*

De bonis ecclesiasticis utinam tibi possem aliquid melius polliceri¹⁷, quanquam non est res pessimo statu: *Bucerus* enim tanta constantia institit, ut videatur nonnihil promovisse¹⁸. *Philippus* illum initio rei difficultate deterrebat; dimoveri tamen non potuit quin pergeret. Difficile autem videbatur impetrare, quoniam nihil id Principes ad se pertinere putant, qui bona ecclesiastica pro suo arbitrio administrant. Et alii quidem ægrè ferunt sibi de manibus executi lucrum cui jam assueverunt. Alii tametsi nihil jacturæ sensuri sunt, non facillè adducuntur, ut invidiam ejus ordinis quem magnum esse in *Germania* nosti, in se concitent. *Bucerus ex vetusta Ecclesiarum consuetudine modum protulit, quo et Ecclesiarum et paci publicæ Imperii consulatur. Quoniam eò lege legata sunt bona quæ hodie tenent canonici primariæ ecclesiæ hujus civitatis, ut a Comitibus administrantur, permittit ut sit collegium ex nobilibus familiis à quo hæc possideantur; qui autem in illud collegium ascendantur, eos nec sacerdotes esse vult, nec canonicos, sed conjuges qui tantum fidem suam ecclesiæ obligatam habeant, ut ad tutandam ipsius quietem impendant se ac sua omnia. Quoniam Episcopus¹⁹ est princeps Imperii, nec tolli potest locus ille, quin magno cum motu Imperium concutatur, putat expedire quod olim fiebat, ut in ejus locum succedat ex collegio illorum Comitum, cui maneant salvæ possessiones quæ sunt hodie penes Episcopum, voceturque Vicedominus, quòd magis sit earum œconomus, quàm propriarius. Ejus officium sit ecclesiam tueri, si alicunde impugnetur, atque in eam rem fidem suam solenni sacramento obstringat. Reliquæ facultates in usum magis legitimum redigantur, ut sunt præbendæ, capellæ,*

¹⁶ A comparer avec le N° 768, renv. de n. 48-49.

¹⁷ Voyez le N° 768, notes 51, 52.

¹⁸ Nous avons indiqué plus haut les documents qui font connaître l'opinion de *Bucer* sur l'emploi légitime des biens d'Église (N° 751, n. 23). Sa lettre à Luther datée de Francfort, 19 avril 1539, donne un résumé intéressant des travaux de la Diète et, en particulier, de la discussion relative aux biens ecclésiastiques (Mel. Opp. III, 692-697).

¹⁹ L'évêque de Strasbourg était *Guillaume de Hohenstein*. Il résidait à Saverne.

prioratus et reliqua. Usum appello magis legitimum, ut ministris et scholis, pauperibus, aliisque Ecclesiæ oneribus destinentur. Id si obtinetur, erit ut in rebus adeò dissipatis tolerabilis conditio. Aliqua et quidem jam magna spes est, quòd *Principes* cœperunt animum inclinare, *Civitates* autem rem cordi habent, quæ vident ecclesiarum suarum bona tam miserè dilapidari.

De *Basilio*²⁰ scripsit ad me *Talaris*²¹, illum petiisse nuper *Genevæ* publicam disputationem²², sed repulsam passum esse : quod equidem libenter audio, ne in gente plus satis alioqui novitatis cupida, *falsa dogmata* evulgentur²³, quibus refutandis nemo sese opponat.

Nunc ad secundam epistolam, quam ab ænigmatibus exordiris. Qui sint enim *illi excubitores, ebriosi, fures*²⁴, minimè assequor, nisi apertiùs exposueris. Proinde quaeso ut mihi primis literis edisseras. *De illa Comitum et Genani legatione*²⁵ nihil aliud potuit exper-

²⁰ Voyez le N° 768, renvois de note 56-60.

²¹ *Guillaume du Taillis*, gentilhomme français qui résidait alors à Genève.

²² A notre connaissance, les Registres du Conseil de Genève ne mentionnent pas ce fait.

²³ Calvin fait sans doute allusion aux erreurs des *Anabaptistes*, erreurs que *Basilus le Napolitain* ne réprouvait pas entièrement, et qui avaient encore à Genève des partisans secrets. Le rapport que Marcourt et Morand firent, à leur retour de Berne, le 7 octobre 1538, renferme du moins le paragraphe suivant : « Az Morge on[t] entendus que il debvoit avoyr des *annabaptistes* dans laz ville et des *hérétiques* et qu'il il seroy bon d'y adviser. — Résoluz de s'en informé lesqueulx son[t] cieulx, affin de administréz justice » (Reg. du Conseil de Genève, au jour précité).

²⁴ Calvin répondant ici à une lettre de Farel qui n'a pas été conservée, nous entrons forcément dans le champ des conjectures. Ces « *excubitores, ebriosi, fures* » étaient peut-être *Bernard du Moulin* et ses complices (N° 770). Farel dut connaître assez tôt les actes de violence qu'ils avaient commis dans le voisinage de *Thonon*.

²⁵ Cette phrase et les suivantes nous semblent relatives aux démarches faites par les pasteurs du Pays de Vaud pour amener leur réconciliation avec ceux de Genève. Elles furent sans doute précédées de quelques délibérations dans le sein des *Classes*; car on ne peut guère admettre que les quatre *doyens* qui se rendirent à Berne avec *Fabri*, au commencement de février (N° 768, renv. de n. 6, 7), fussent partis sans instructions. Il est, du moins, avéré que les ministres de la Seigneurie de Grandson avaient obtenu des Bernois, le 17 janvier, la permission de tenir un « *colloquium* » (Manuel de Berne du dit jour). Bientôt les pourparlers commencèrent. Des « *prédicants de Lausanne*, » ou plutôt de la Classe de Lausanne, furent envoyés au nom de leurs collègues, pour s'entendre avec

tari, quàm ut irriti reverterentur. Nescio an in *fratribus* tantùm sit consilii, quantùm animi esse non dubito. Si *Comitem* sine formula certa ²⁶ dimiserunt, mihi factum eorum penitùs improbatum: scis enim quid parere noverit illa inanis gravitatis affectatio. *Feramus omnia tentari, ne per nos stetisse videatur quominus ecclesiæ meliùs haberent. Abs te hoc jure postulare nequeunt, ut ministerium eorum approbes, quos ecclesiasticæ censuræ relinquendos nemo non videt* ²⁷. *Sed verissimum est quod ais, « omnes qui sibi malè conscii sunt nihil magis expetere, quàm ut omnia in obscuro demersa lateant, ne sua quoque fœditas detegatur. » In tantis involucribus videndum quid possimus: cætera Domino permittenda. Cuperem sanè ut malorum omnium sepulta esset memoria, quæ citra noxam retractari non possunt. Sed quid prodest, odia, dissidia tum doctrinæ, tum animorum, obtreccionibus cæteraque hæc mala in Ecclesiæ visceribus conclusa retineri, quæ tandem in pessimum ulcus erumpant? Optandum potiùs ut cum acerbitate aliqua discutiantur, si aliter fieri non potest. Sed quid vetat medium aliquod tenere, ut honor ministerio nostro suus restituatur ²⁸, remedium ecclesiæ illi miseræ ac perditæ ²⁹ adhibeatur, quæ inter fratres sunt offendicula tollantur, dissimulatis ac suppressis malis quæ nihil opus est de integro exagitari? Sunt enim quædam vulnera quæ tactu magis recrudescunt; quiete meliùs et oblivione sanantur.*

Quid sibi, obsecro, volunt boni viri, quibus hoc venit in mentem, ut ego sine te redeam, qui tecum sum ejectus ³⁰ ? Ut in operis com-

les ministres de Genève (Voyez le § du Reg. de Genève du 14 février 1539 cité dans le N^o 771, n. 3). Celui des « députés » vaudois qui est ici appelé *Comes* ne peut être que *Béat Comte*. Le nom de l'autre doit avoir été altéré : on ne rencontre nulle part un *Genan[d]* ou un *Genaine* dans le nombre des ministres contemporains. Calvin avait peut-être écrit *Gruarii*, pour désigner le ministre de Montreux, *Jean le Grus* (Joannes a Grue).

²⁶ C'est la même chose que le Registre de Genève du 14 février exprime en d'autres termes, c'est-à-dire, que « les [deux] prédicans de Lausanne » n'avaient donné « que de bouche, » *sine formula certa*, les « articles » du projet de réconciliation.

²⁷ Ceux des ministres qui avaient scandalisé les églises s'imaginaient, sans doute, qu'à la faveur d'une réconciliation générale, ils esquiveraient à l'avenir les censures ecclésiastiques.

²⁸ Cette réparation fut accordée à *Farel* et à *Calvin* dans l'acte du 12 mars (N^o 771).

²⁹ L'église de Genève.

³⁰ Le désir de rappeler *Calvin* à Genève avait pu être exprimé depuis

municationem manum præbeam iis à quibus volo esse alienissimus, donec ecclesiæ satisfecerint? Sic enim rem instituunt ut ex quatuor duo nobiscum remaneant³¹: ut nullo Ecclesiæ iudicio quasi per veniam restitutus, locum sine ulla auctoritate teneam? Quid enim faciemus? Unde sumemus exordium, si res collapsas velimus instaurare? Si verbum fecero quod displicuerit, mox silentium imperabunt. Sed nolo apud te hæc et similia stilo prosequi, quæ melius ipse reputas quàm dici queant. Rursum si id procedit, fratrum jurgia vix potero sustinere: summam enim solo meo reditu confectam existimabunt. Proinde optarim ut aliud potius quidris agant i qui hunc lapidem moliantur. Nihil enim quàm magnam molestiam mihi accersunt, idque frustra.

Ut promisi, breviter tibi perscribam. Statum rerum Francfordiæ hunc comperimus. Aderant è domo Saxonie Elector, ejus frater³², et nepos ex Henrico, quem Mauricium vocant³³. Hi tres in suo comitatu habebant equos quadringentos; Lantgravius secum totidem equites adduxerat. Luneburgensis³⁴ minore pompa. Aderat et Brandeburgensis junior³⁵, frater Electoris, Brunsvicensis junior³⁶, alique tres quorum nomina non teneo. Hi omnes fœderati³⁷: cæteri qui in fœdere continentur legatos miserant, ut Rex Daniæ, Dux Prussie³⁸ alique nonnulli. De iis nihil mirum videbatur quòd domi remanserant, quia rebus tam dubiis ac periculosis procul abesse tutum illis non erat. Verùm nemo erat qui non indignè acciperet, Wirtembergensem³⁹ malle venatione sua et nescio qui-

l'élection des nouveaux syndics de cette république (9 février). « Ils représentaient l'opinion modérée; l'un d'eux même, Antoine Chiccard, se signala toujours par son attachement pour Calvin » (A. Roget, o. c. I, 141).

³¹ Marcourt et Morand, qui étaient à Genève les deux pasteurs les plus instruits.

³² Jean-Frédéric, électeur de Saxe, et Jean-Ernest, son frère. Ils étaient arrivés à Francfort le 12 février.

³³ Maurice de Saxe, neveu de Georges, le duc régnant (N° 767, n. 9).

³⁴ Ernest, duc de Lunebourg.

³⁵ Jean, margrave de Brandebourg, frère de l'électeur Joachim II.

³⁶ Ce n'est pas Henri, duc de Brunswick, grand ennemi des Protestants, mais peut-être son cousin germain Éric II junior, ou bien Philippe, duc de Brunswick-Grubenhagen.

³⁷ C'est-à-dire, membres de la Ligue de Smalkalden.

³⁸ Christiern III, roi de Danemark, reçu dans la Ligue protestante en mars 1538, à Brunswick, et Albert, margrave de Brandebourg, duc de Prusse et grand-maître de l'Ordre Teutonique.

³⁹ Ulric, duc de Wurtemberg.

bus lusoriis oblectamentis frui, quàm consultationi interesse in qua et patria ejus, et caput fortasse agatur, cum biduo tantùm abesset. Qui volebant excusatum, dicebant non dubitasse curam in reliquos rejicere, quibus negotium cordi esse noverat. A *Civitatibus*, primarii viri missi fuerant.

Primis deliberationibus bellum omnium suffragiis decernebatur, donec intervenerunt *Electores duo*, *Comes Palatinus*⁴⁰ et *Joachimus Brandenburgensis* cum *Cæsaris* literis, et legato *episcopo Hispano* quem *Londensem*⁴¹ appellant. Principio mandatum *Cæsaris* exposuerunt, quo illis permittebatur vel pacem vel inducias cum nostris pacisci, quibus rationibus ac legibus optimum fore existimarent. Deinde longa oratione ac validis argumentis conati sunt animos ad pacem inflectere: præcipuè tamen caput hoc premebant, quòd *Turca* non quieturus sit, si videat *Germaniam* intestinis bellis implicatam. Et jam aditum habet patefactum, cum *Wallachius* teneat, transitus illi a *Polono*⁴² ex fœdere debeatur. Ita ergo jam nunc *Germaniæ* imminet. Pacis conditiones ut *nostris* excogitarent voluerunt. Si pax confici non posset, rogarunt ut ad inducias decurreretur.

Utriusque fides ac sinceritas *nostris* est explorata. Nam *Joachimus* in causam Evangelii omnino propensus est, *Palatinus* non iniquus. Verùm quia mandata quæ ab *Hispania* veniunt minus fidei habent, maluissent rem ab *Electo*ribus universis compositam, penes quos summa in Imperio est potestas. Id impeditum fuit, quòd *Maguntinus*⁴³ multas ob causas a *Saxone* repudiatus est: *Joachimus* in Comitibus consentire ausus non est, à quibus *patruus*⁴⁴ excluderetur. Ergo *nostris* articulos obtulerunt⁴⁵, quibus se invito

⁴⁰ *Frédéric II*, comte palatin du Rhin, frère de l'Électeur Palatin *Louis III* (N° 725, n. 2).

⁴¹ *Johann von Veeze*, appelé quelquefois *Vessel* (en latin *Vesalius*), archevêque de *Lunden* dans le Danemark et orateur de l'Empereur, qu'il servait depuis peu de temps. Il était arrivé à Francfort le 23 février (Voy. Sleidan, lib. XII, éd. cit. t. II, p. 135, 142.—*Ranke*, o. c. IV, 127, 128).

⁴² Le roi *Sigismond I*.

⁴³ *Albert de Brandebourg*, archevêque de Mayence.

⁴⁴ Son oncle paternel, l'archevêque de Mayence.

⁴⁵ Voyez, sur les *Articles des Protestants*, les lettres de *Mélancthon* du 3 et du 4 mars. *Mélancthonis Opp.* III, 642, 644. — *Ranke*, IV, 128, 129. — *Seckendorf*, o. c. III. 201 b, où se trouve une analyse plus développée de ce document.

ad belli cogitationem descendisse ostendebant : siquidem injurias exponebant quibus fuerunt ad id consilium necessariò adacti. *Pacis leges dicebant, ut suas sibi ecclesias administrare liceret, sub qua administratione, bonorum ecclesiasticorum dispensationem volebant contineri.* Integrum deinde sibi servabant, ut in fœderis societatem possent admittere qui adjungere se vellent. Cum obliti jam essent articuli, discessimus ⁴⁶.

Postea significavit *Bucerus, Electores duos* plus aliquanto concedere quàm *Cæsaris legatum*. Ratio est quòd *Cæsar*, cum hostium nostrorum opibus indigeat adversùs Turcam, periude ac nostrorum, *capit utrique parti sine alterius offensa gratificari. Summa tamen postulati ejus est, ut, citra præsentis status mutationem, viri docti ac probi et minimè contentiosi conveniant, inter quos de capitibus religionis controversis disceptetur; postea res ad Comitium Imperii referatur, ut de sententia omnium ordinum Ecclesiæ Germanicæ reformatio transigatur. Inducias ad ea peragenda anni unius paciscitur* ⁴⁷. Nostri nec brevibus adeò induciis contenti sunt, et aliquid certius sibi dari postulant. Ita omnia sunt adhuc in suspensio : nec extra belli periculum sumus, nisi *Cæsar* ulterius procedat.

Juliacensis, nuper *patre* orbatus ⁴⁸, legatos misit cum hujusmodi mandato, se *ducatum Gueldriæ*, cujus legitimus erat dominus, Dei beneficio recuperasse ⁴⁹ : nunc sibi de eo controversiam moveri, tum à *Cæsare*, tum à *Lotharingo* ⁵⁰, sine ullo satis specioso prætextu. *Lotharingum* enim nihil juris posse obtendere, nisi quòd sit hæres postremi ducis ⁵¹. Atqui illum per vim, contra jus et fas, du-

⁴⁶ Les Protestants présentèrent leurs Articles le 1^{er} mars, et *Calvin* retourna bientôt après à *Strasbourg*. Il n'avait donc passé qu'une huitaine de jours à *Francfort*, où il était arrivé avec Jean Sturm, le 24 février au plus tôt. A cette dernière date, Mélancthon écrivait en effet à Joachim Camerarius : « *Joannem Sturmium* hic expecto » (Voy. la note 1 et Mel. Opp. III, 639).

⁴⁷ Ces propositions furent faites le 4 et le 12 mars par les commissaires de l'Empereur et de Ferdinand, roi des Romains (Voyez Mel. Opp. III, 616, 648, 649. — Seeckendorf, III, 201 b-202 a. — Ranke, IV, 130-133).

⁴⁸ *Jean III*, père de *Guillaume*, duc de Clèves et de Juliers, était mort le 6 février précédent (Voy. Ranke, IV, 178-181).

⁴⁹ En juin 1538 (N^o 751, n. 26).

⁵⁰ *Antoine*, duc de Lorraine. Il régna de 1508 à 1544.

⁵¹ *Charles d'Égmond*, duc de Gueldre, prince très-hostile à la Réforme, était mort sans enfants en juin 1538. Quoique sa sœur *Philippe de Guel-*

catum possedisse, qui sententia Imperii *familiæ Juliacensi*⁵² adjudicatus erat. *Cæsarem* prætexere quidem emptionis titulum, sed quam vel commentitiam, vel nimis fraudulentam esse appareat: nempe cum pretium fuerit 50 millium coronatorum, quo vel sola urbs aestimari queat: certè eam summam infra anni unius reditum esse. *Rogabat ergo nostros ut apud Cæsarem intercederent, ne Principem Imperii sine causa lucesseret.* Quòd si *Cæsar* nollet precibus acquiescere, auxilium eorum ad tuendam communem libertatem implorabat. Nilhil adhuc responsi tulit: quando consilium capere ex rerum suarum inclinatione necesse habebunt. De fœdere tamen nulla fiebat mentio, etsi non est à religione alienus⁵³.

*Angli petitio fuit ut legatio ad se nova mitteretur, cui adjungeretur Philippus*⁵⁴: *ut haberet cujus consilio uti posset ad Ecclesiam melius constituendam. Non erat dubium quin legationem missuri essent Principes. Melanchthonem mittere non placebat, quòd mollietiam animi ejus suspectam habeant.* Neque verò qua in opinione sit aut nescit, aut dissimulat: tametsi mihi sanctissimè dejeravit vanum esse hunc timorem. Et sanè, ut videor mihi ejus animum perspicere, non minùs illi fidere ausim quàm *Bucero*, dum negotium est cum iis qui sibi indulgeri aliquid volunt. *Tanto enim*

dre fût la mère d'Antoine, duc régnant de Lorraine, il avait choisi pour héritier le roi de France. Les États de la Gueldre refusèrent de souscrire à cet arrangement, et ils se donnèrent à *Guillaume de Clèves*, qui pouvait mieux les protéger (Voy. le Journal d'un bourgeois de Paris sous François I, p. 15, 34, 60, 363. — Sleidan, éd. cit. II, 103, 123. — Moréry Dict. hist., article Gueldres. — Ranke, IV, 178, 179).

⁵² A comparer avec Moréry. Dictionnaire historique, article Juliers.

⁵³ *Guillaume de Clèves*, né le 28 juillet 1516, avait eu pour précepteur, dès son enfance, *Conrad Heresbach* (1508-1576) humaniste distingué, qui cultivait l'amitié d'*Érasme*, celle de *Jean Sturm* et de plusieurs autres Évangéliques, mais qui resta dans l'Église romaine. L'élève suivit l'exemple de son maître (Voy. C. Gesneri Bibl. Univ.—Melchioris Adami *Vitæ*, etc. — Papiers d'État de Granvelle, VII, 40).

⁵⁴ Voyez, sur les relations antérieures d'*Henri VIII* avec les Protestants d'Allemagne, Sleidan, lib. IX et X, éd. cit. I, 554-557, II, 36-39. — Seckendorf, III, 110-113, 180-181. — Burnet, I, 349, 350, 504, 505. — Lingard. Hist. d'Angleterre, VI, 400-402, 405, 406. — Merle d'Aubigné, o. c. V, 136-142, 149-152. Après qu'il eut été excommunié par le pape (bulle du 17 décembre 1538), le Roi leur écrivit, le 17 janvier et le 3 février 1539, pour leur proposer un traité d'alliance. Les ambassadeurs qu'ils lui envoyèrent de Francfort, au commencement d'avril, se présentèrent à sa cour le 29 du même mois (Voy. Seckendorf, III, 224-225).

*studio propagandi Evangelii flagrat Bucerus, ut quæ præcipua sunt contentus impetrasse, interdum sit æquo lenior in iis concedendis quæ minutula quidem ipse putat, sed habent tamen suum pondus. Rex ipse vix dimidia ex parte sapit. Sacerdotes et Episcopos severis sanctionibus, non tantum ministerii privatione, arcet à conjugio; missas quotidianas retinet; septem Sacramenta vult salva esse: ita habet mutilum et semilacerum Evangelium, Ecclesiam verò multis adhuc nugis refertam*⁵⁵. Jam quod sani cerebri non esse omnes vident, Scripturam vulgari idiomate haberi in regno non patitur; ac novum interdictum nuper publicavit, quo ab ejus lectione plebem arcebat⁵⁶. Atque ut intelligas illum non jocosè insanire, nuper virum quendam probum et doctum exussit ob negatam præsentiam Christi carnalem in pane⁵⁷: cujus mors ab omnibus piis

⁵⁵ Ces doctrines sont déjà formulées dans l'écrit qu'*Henri VIII* fit approuver par son clergé en 1536, et qui est intitulé: « Articles composés par S. M. le Roi pour établir la paix et l'unité chrétienne parmi nous » (Voy. Burnet, I, 293-298, 500, 501. — Merle d'Aubigné, V, 249-252). Par ces articles (dit Lingard) Henri avait enfin fixé les limites de l'orthodoxie anglaise. Pour la plus grande instruction de ses sujets, il fit encore mettre au jour un ouvrage intitulé: « La divine et pieuse institution de l'homme chrétien, » où les sept sacrements, l'*Ave Maria*, l'absolution et le purgatoire sont expliqués et présentés comme des articles de foi (Op. cit. VI, 403-405). L'édit que publia Henri VIII le 28 juin 1539 se rapproche encore davantage de la doctrine romaine (Voyez les lettres de Melancthon au Roi, 1^{er} avril et 1^{er} novembre 1539. Mel. Opp. III, 681, 801. — Lingard, VI, 433-437).

⁵⁶ Calvin n'était pas complètement renseigné sur ce sujet. La « nouvelle défense » dont il parle remontait au 25 mai 1530, et elle n'existait plus depuis un an et demi. Après avoir premièrement permis que la Bible fût traduite en anglais par les évêques (décembre 1534), projet qui n'eut qu'un commencement d'exécution, *Henri VIII* avait autorisé dans tout son royaume (automne de 1537) la vente et la lecture de la Bible anglaise de *William Tyndale*. Chaque église devait en posséder un exemplaire; mais c'était là seulement qu'on pouvait la lire à volonté. « On étendit bientôt (13 novembre 1539) cette tolérance des églises aux maisons particulières » (Voyez Sleidan, lib. XII, t. II, p. 124. — Burnet, I, 263, 311, 342. — Seckendorf, III, 225 b. — Lingard, VI, 411-413. — Merle d'Aubigné, V, 36-53, 247-259, 276-296).

⁵⁷ Allusion au martyr de *Jean Lambert*, surnommé *Nicholson*, ancien prêtre et maître d'école à Londres. Il ne croyait pas à la présence corporelle de Jésus-Christ dans la sainte Cène. Plusieurs évêques et le Roi même l'interrogèrent et s'efforcèrent inutilement de le persuader. Il subit le supplice du feu au mois de décembre 1538 (Voyez Crespin, o. c. 1582, f. 111 b-113 a. — Burnet, I, 345-349. — Lingard, VI, 418-422).

et eruditis valde comploratur. *Nostri tamen, utcunque ejusmodi facinoribus graviter offendantur, ejus regni rationem habere non desinent.*

*Video de conjuratione nihil ad vos pervenisse præter obscurum et ambiguum rumorem*⁵⁸. *Cardinalis Polus*⁵⁹ *fratrem habebat virum et primariæ nobilitatis et authoritatis inter proceres maximæ*⁶⁰. Siquidem eorum familia *Regem* propinqua cognatione attingit : ipse verò rare ejusdam prudentiæ et gravitatis habebatur. Ita sibi in causa *fratris* moderatus erat, ut nihilo esset apud *Regem* deterioro loco. Cum *Regi* minimè suspectus esset, quia palàm dissidium cum *fratre* præ se ferebat, omnium opinionem sua calliditate fefellerit. Ita inter se pepigerant, ut *Cardinalis* exercitum duceret per *Galliam* ; simulatque accederet ad finem regni, tumultum *frater ejus* cum aliis conjuratis excitaret, quò *Rex* occupatus in placandis intestinis motibus, adversùs externum hostem defendere se non posset. *Cardinali* facile erat armare militem *Papæ* sumptibus.

⁵⁸ Allusion à la lettre de Farel du 5 février (N° 768, renv. de n. 53).

⁵⁹ *Reginald Pole* (1500-1558), l'un des prélats les plus distingués de son temps, était fils de sir Richard Pole et de Marguerite Plantagenet, comtesse de Salisbury. Après de longues et excellentes études, faites dans les universités de Padoue et de Paris, il rentra en Angleterre. Le roi *Henri VIII*, qui s'était chargé de son éducation, lui destinait l'évêché d'York, pourvu qu'il approuvât son divorce avec Catherine d'Aragon. *Pole*, ébranlé par les instances de sa famille, résolut d'abord de dissimuler ses véritables sentiments ; puis, n'écoutant plus que la voix de sa conscience, il avoua au Roi qu'il désapprouvait le divorce. Henri lui témoigna beaucoup d'estime et lui permit de quitter l'Angleterre (1531). Il ne se montra point offensé des censures très-vives que *Pole* lui adressa (mai 1536) dans son ouvrage *Pro Ecclesiasticæ Unitatis defensione* ; mais quand il apprit qu'il avait accepté la dignité de cardinal (22 décembre 1536), il devint son ennemi implacable. Il le déclara traître et mit sa tête à prix, lorsque le pape l'eut nommé légat auprès du roi de France et de l'Empereur (Voyez Sleidan, éd. cit. I, 20, II, 52-55, 103. — Schelhornii Amœnitates Historiæ eccles. et litter. Francofurti, 1737, t. I, p. 16-118. — *Regin. Poli Epistolæ*. Brixia, 1744, t. I, p. 1-17, 251, 262, 272-75, 313, 340, 372. — Lingard, o. c. VI, 270-73, 380-81, 424-25. — Merle d'Aubigné, V, 224-229).

⁶⁰ C'était son frère aîné, *Henri Pole*, appelé lord Montague. Le cardinal avait deux autres frères : *Arthur* et *Geoffroy*. Les *Pole* appartenaient à la plus haute noblesse du royaume, puisqu'ils étaient, par leur mère, petits-fils d'Édouard IV. Catherine, l'une des filles de ce prince, fut la mère d'*Henri Courtney*, cousin germain des frères *Pole*. « Par ce motif, les deux familles étaient révérees de tous les anciens partisans de la maison d'York » (Voyez *Poli Epp.* I, 2-4. — Lingard, VI, 425).

Verum priusquam adventaret, detecta est ab indice conspiratio⁶¹. Nam quò se ritè instruerent, necesse habuerant complures facere conscios. *Nepos*⁶², vir strenuus, cum audisset pactiones esse deprehensas, voluit sibi mortem consciscere. Sed cum impeditus fuisset, sævitiam quæstionis ferre non potuit. Sequuta est aliorum confessio : in omnes auctores vindicatum est⁶³. *Cum tot ac tantis Dei beneficis tam malè respondeat Rex, vereor magnopere ne tandem graves pœnas luat suæ ingratitudeis.*

Interim dum *Francfordiæ* habetur conventus, mortuus est ex insperato *filius Georgii*, qui ob insaniam vinctus custodiebatur⁶⁴.

⁶¹ Henri VIII fit publier un livre pour établir les preuves de « la conjuration. » Mais Herbert, cité par Lingard, VI, 426, déclare qu'il n'a jamais pu découvrir quel avait été le délit réel des conjurés. Le cardinal *Pole* dit, à propos du livre sus-mentionné : « Cum omnia perlegissem, ac quæ objiciebantur diligenter considerassem, nihil tandem invenire potui, nisi id quod *liber* tacet, et quod ipse diu judicavi, odium Tyranni in virtutem et in nobilitatem » (Apologia ad Cæsarem. Poli Epp. I, 113). Luigi Beccadelli, compagnon de voyage du Cardinal, fait cependant un aveu qui indique, tout au moins, que *Pole*, en acceptant les fonctions de légat, n'ignorait pas qu'il pouvait être appelé à déchaîner la guerre civile dans sa patrie : « Pontifex . . . sive sponte sua, sive hortatu Cæsaris et regis Gallie, qui etiam affirmarent [à Nice, 1538], sibi nullum deinceps fore cum *Anglo* commercium, quòd hac re nonnulla spes ostenderetur, *populos Angliæ ad tumultus ac seditionem adduci posse*, Polum iterum legatum ejus rei causa mittit » (Poli Epp. I, 17. Voyez aussi Schellhorn, o. c. I, 89, 91, 93. — Lingard, VI, 424, 425, 429, 430).

⁶² Ce fut le frère cadet de *Pole*, nommé *Geoffroy*, qui par ses aveux perdit les autres accusés (n. 63). Le cardinal avait bien un *neveu*, fils de lord *Montague*; mais l'épithète de « vir strenuus » ne pouvait lui être appliquée, car il était très-jeune. *Reginald* écrivait en effet le 22 septembre 1539 : Ma mère, quoique septuagénaire, et la plus proche parente du Roi, après sa fille [la princesse Marie], a été condamnée à mort... « cum nepote suo, filio fratris mei *puero*, spe reliqua stirpis nostræ » (Poli Epp. II, 197, 198. — Burnet, I, 490, 491. — Lingard, VI, 431).

⁶³ Lord *Montague*, sir *Geoffroy Pole*, *Henri Courtney*, marquis d'Exeter, et sir *Edouard Nevil* furent arrêtés le 3 novembre 1538 et condamnés à mort le 9 janvier 1539, sur la déposition de *Geoffroy*, qui obtint seul grâce de la vie. *Reginald Pole*, un gentilhomme et trois autres accusés furent condamnés par contumace, comme ayant écrit des lettres séditieuses. La peine capitale fut aussi prononcée contre la comtesse de *Salisbury* (n. 59, 62), mais elle ne subit la mort que le 17 mai 1541. En elle finit la race et le nom des Plantagenets (Voyez Poli Epp. I, 112, 113. — Burnet, I, liv. III, 490-494, 535, 536. — Lingard, VI, 425, 426, 431, 432).

⁶⁴ Le prince *Frédéric*, seul fils survivant du duc *Georges de Saxe*, était

Si fuisset patri superstes, tutela novis motibus potuisset præbere causam⁶⁵. Nunc successor est non dubius *ille Mauricius, Henrici filius*, quem in fœdere esse supra indicavi⁶⁶. *Ita bona spes est, ditionem quam nunc tenet Georgius, statim Christi peculio accessuram*. Nam *Georgius* ætatem excessit procreandæ soboli idoneam. Hac ratione vides, quantum ad summam rerum, pendere adhuc omnia, nec certam habere inclinationem. Quò magis rogandus est nobis Deus, ut faustum aliquem exitum rebus tam perplexis afferat.

*Quid profecerim in causa fratrum*⁶⁷, simul quale fuerit, ac quibus de rebus meum cum *Philippo* colloquium, rescisces per *Michaëlem*⁶⁸, qui ante novem dies abire constituit. Cogor enim nunc præ tabellarii festinatione mittere dimidiatas lïteras. Alteram partem tunc excipies. Vale, frater mihi amicissime. *Thomam*⁶⁹ ac fratres omnes mihi saluta. *Cypito* et *Sturmius* te millies salutant. Gratia Domini nostri Jesu Christi tecum! Argentorati, xvii Calendas Aprilis M.D.XXXIX.

CALVINUS TUUS.

imbécille; mais les contemporains ne disent pas qu'il fût en proie à une folie furieuse. Il avait épousé, le 27 janvier 1539, *Agnès*, comtesse de Mansfeld, et il était mort le 26 février. L'espérance que le duc Georges avait fondée sur le mariage de son fils s'évanouit bientôt après (Voy. Sleidan, II, 145. — Seckendorf, III, 208 a, 212 a).

⁶⁵ Le conseil de régence aurait été composé de vingt-quatre membres, élus par les États du pays (Seckendorf, loc. cit.).

⁶⁶ Voyez la note 9 du N° 767. Le duc *Georges* s'était enfin résigné à transmettre la couronne à son frère *Henri*, mais à la condition qu'il entrerait dans la Ligue catholique et conserverait dans ses États l'ancienne religion. Il répondit qu'il repoussait cette proposition et maintiendrait ses droits (Voy. Sleidan et Seckendorf, loc. cit.).

⁶⁷ Les Évangéliques de *France* et du *Piémont*.

⁶⁸ *Michel Mulot*, auquel une place de pasteur était offerte dans le comté de Neuchâtel.

⁶⁹ *Thomas Barbarin*, pasteur à Boudri.